

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dixit unus ex discipu. Iesu ad eum: Domine, Luc. 11

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

760 DE ORATIONE

lem deo, sed semetipsum exinanivit &c. Multi-  
dentur humiles exterius, sed interius tumidi sunt:  
e cōtra exterius tumidi, sed interius humiles sunt.  
Bona conscientia, quæ talem fert fructū, quæ sem-  
per intus seruat humilitatem.

Et inuenietis requiem animabus vestris.

**Mat. 10.** Et alibi dicit, Nolite timere eos qui occidunt  
corpus, animā autem non possunt occidere. San-  
cti post tribulationem requiem percepturi sunt.

**Iugū eī mēū suave est, & onus mēū leue.**

Iugum ipsius suave est. Quare suave? aut quare  
leue? Quid quod docuit ipse, prius implevit, sicut  
Lucas dicit: Quia cōspicit Iesus facere & docere. Pre-  
cepit nobis humiles esse, ipse prius in semetipso  
humilitatem exhibuit, nullā rem iussit quam ipse  
non demonstraret. Solent etiam nonnulli magi-  
stri grauia & importabilia discipulis iniungere,  
quod ipsi facere non ualent. Loquuntur ore, &  
opere destruunt, ideo discipulis grauia uidentur:  
sed dominus talia non fecit. Iugum eius leue est.  
Sancti nanque quicquid in hoc seculo patiuntur,  
leue sustinent, quod iugum perfidi Iudei porta-  
re noluerunt, dicentes: Disrumpamus uincula eo-  
rum &c. Ergo nec scientiā parris, nec filij, nec spi-  
ritu sancti portare uoluerunt, dicentes: Scientiam  
uiarum tuarum nolumus.

**Psal. 2,**

SERMO DE ORATIONE  
dominica. Lucæ XI.

In illo tempore Dixit unus ex discipulis  
Iesu ad eum: Domine, doce nos orare, sicut  
docuit Iohannes discipulos suos, & reliq.

**L**VCAS euangelista refert, quia cum dominus ab oratione surrexisset, accessit ad eum unus ex discipulis eius, dicens: [Dominus, doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos.] Quibus cum dixisset, Orantes autem nolite mul  
tum loqui, sicut ethnici faciunt, qui putant in mul  
tiloquio se exaudiri, breuem quidem uerbis, sed ple  
nam mysterij docuit orationem, dicens:

Sic ergo orabitis, dicentes: Pater noster  
quies in cælis &c.

In qua oratione septem specialiter petitiones commendantur, quarum tres priores ad futuram uitam pertinent, reliquæ quatuor ad præsentem pertinere uidentur, propter futuram tamen acci  
piendam. Quod enim ait, [Sancti] sicut nomen tuum, fiat uoluntas tua, sicut in cælo, & in terra.] ad futuræ uitæ beatitudinem pertinet. Quod ue  
ro subiungitur, [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, etiam usq; ad finem, ad præsentis uitæ necessaria pertinere uidetur. Sed cuncta per ordinem uideamus. Ait enim: [Pater noster qui es in cælis.] Vbi considerandum est, quia cum sin  
gulis hanc orationem dicendam docuit, non dici  
mus, Pater meus singulariter, sed Pater noster plu  
raliter: ut intelligamus hanc paternitatem non ad naturam pertinere, sed ad gratiam. Hoc enim di  
cit, imperator, hoc etiam miles: hoc dominus, hoc  
seruus: hoc diues, hoc pauper. Omnes æqualiter  
dicunt, Pater noster: quia non est personarum ac  
ceptor deus, sed in omni gente qui operatur iusti  
tiam, acceptus est illi. Vbi reuera magna digna  
tio hominibus detur, ut dominum & creatorem

CCC

Matt. 6.

suum, patrem audeant appellare. Siue certe, cum  
communiter patrem inuocandum esse docuit, sp̄i  
ritualiter nos fratres esse debere insinuat, iuxta il-

**Mat.23.** lud quod ipse alibi ait: Omnes enim uos fratres estis.

Qui enim unum inuocant patrem, unanimem de-  
bent habere fraternitatem, secundum illud quod

**Psal.132.** per Psalmistam dicitur: Ecce quam bonū & quam

iucundum, habitare fratres in unum. Cum uero  
deus ubique sit totus, ubique pr̄esens, specialiter

in cælis esse dicitur, ubi angelorum agminibus ui-

cinius apparer, & sublimius collaudatur. Vbi nobis  
inuinit, quia, qui patrem nos habere gloriari in

cælis, iuste debemus uiuere in terri, ut quandoque  
terreno puluere exuti, ascendere mercamur in cæ-

los, ubi patrem quotidie inuocamus. Quod uero  
subditur, [Sanctificetur nomen tuū: ] cum nomen

dei in se semper sanctum sit, in nobis sanctificari pe-

timus, ut scilicet nos in quibus nomen eius inuoca-

**Mal.1.** tum est, sancte & iuste uiuamus. Vnde diligentissi-

**Ieze. 36.** me cauendum est, ne ad nos illa sententia terribi-

**Luc.11.** lis dirigatur, qua dicitur: Vos polluistis nomen san-

**& 19.** ctum meum sed potius tales simus, ut ad nos per-

tineat, uel in nobis impleatur, quod ipse alibi dicit: Sancti estore, quia ego sanctus sum dominus deus

vester. [Adueniat regnum tuum.] Regnum dei

illud hic commemorat specialiter, quod ueturum

est post universale iudicium, ubi regnabunt san-

cti cum domino in gloria, qui non permittunt mo-

do regnare in suo mortali corpore peccata. Qua-

les erant apostoli, quibus a domino dictum est:

**Luc.22.** Vos estis qui permanistis mecum in tentationi-

bus meis: & ego dispono uobis, sicut dispositi mi-

hi pater meus regnum, ut sedeatis super thronos

duodecim, iudicantes duodecim tribus Irael. Hoc ergo regnum, uelimus nolimus, uenturum est. tam si ad illud nos pertinere confidimus protis uitibus ut ueniat, optare debemus. Dum uero subiungimus, [Fiat uoluntas tua,] cognoscimus quia non nostris uoluntatibus obtemperare, sed uoluntate dei in omnibus debemus quererere: ut iuxta admonitionem Apostoli, probantes quae sit uoluntas dei bona & beneplacans & perfecta, hoc impleamus in opere, quod illius uoluntati placere fuerit comprobatum. Quod autem dicimus, [Sicut in celo & in terra,] celi nomine angelicam creaturam possumus accipere: terrae, humanam, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et hoc petimus, ut sicut angeli eius uoluntatem faciunt in celo, ita & nos faciamus in terris. Siue aliter celo nomine iustos accipimus, de quibus scriptum est, Caeli enarrant gloriam dei: terre nomine, peccatores. Et cum dicimus, [Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra.] hoc petimus: sicut iusti eius faciunt uoluntatem, ita ad eius uoluntatem sequenda conuertant etiam peccatores. Vel certe celi nomine ecclesia, terrae uero, incredulos & paganos possumus accipere. Et cum dicimus, [Fiat uoluntas tua &c.] hoc petimus, ut etiam increduli & pagani conuertantur ad fidem.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Panis quotidianus ad uictum pertinet & 1. Tim. 6. uestitum, quibus secundum Apostolum contenti esse debemus, in quibus uerbis spontanea pauperes poscit. Quoniam sicut dominus ait: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Qui enim panem quotidianum petit super-

CCC ii

Rom. 12

Gen 3.

Psal. 18.

1. Tim. 6.

Matt. 5.

fluitatem diuitiarum nō querit. Hodie uero cum dicitur, omne tempus uitæ prætentis significat. Qui ergo dicunt, [Spanem nostrum quotidianum da nobis hodie, iubentur de crastino non cogitate. uel certe, quia iuxta dñmini uocem, non in iolo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod proce

**Matt. 4.** dit ab ore dei. Cum enim dicimus, panē nostrum, hoc oramus, ut animæ cibum spiritalem tribuat, id est, uerbum dei. Et sicut quotidiū morituræ carni carnale tribuit alimentum, sic animæ sine fine

**Matt. 5.** uicturæ tribuat esurie uerbū dei: qā beati (ut dñs ait) qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Sive aliter, Cum dicimus, [Spanem nostrum quotidianum da nobis hodie,] possum⁹ de perceptione eucharistiae accipere, de acceptione corporis & sanguinis domini. Et hoc oramus ut quia sine peccato esse non possumus, sic nobis uitam præsentem tribuat sine criminē transire, ut ab eucharistiæ perceptione non separemur.

Et dimitte nobis debita nostra.

Quod debitum in scripturis ad peccatum pertineat, illa parabola euangelij indicat, ubi seruus q̄ decem millia talenta debebat, ad unam petitionem imperauit absolutionē. Cum ergo dicimus, [Di- mitte nobis debita nostra] hoc pecamur, ut dimit- rat nobis peccata nostra, quod sine dubio non negabit, si nos fecerimus quod subditur.

Sicut & nos dimittimus debitoribus no- stris. ] Regula m enim dimittendi peccata nostra in nobis ipſis habemus, ut sicut uolumus nostra a deo dimitti nobis peccata, sic dimittamus & pro- ximis quæcunq; in nobis peccauerint. Et sicut no-

Iimus post peccatum benignū inuenire deum, sic  
 nos his qui in nobis peccauerint, clementes simus  
 & benigni, propter illud quod dominas ait: Cum  
 stabitis adorādum, dimittite si quid habetis aduer Mar. 12:  
 sus aliquem, ut & pater uester qui in Cælis est, di-  
 mittat uobis peccata uestra. Vbi & diucreio ne-  
 cessaria est, ut discernamus quia alia sunt peccata  
 quæ in nobis fratres committunt, & alia quæ in de-  
 um: scilicet cù in nobis peccauerint, facile dimit-  
 tamus: cum uero in deum, nō sine castigatione uel  
 correptione: uel si necessitas fuerit, distictiorem  
 adhibeamus disciplinā. Peruerso enim iunctore gra-  
 ditur, qui in se peccatis vindictam, et his qui in  
 deum peccant, exhibit patientiam. Notandum  
 autem quia non solum per baptismum, sed etiam  
 post baptismū, alijs modis in ecclesia remissio tri-  
 buitur peccatorum. Septem enim modis remissio  
 peccatorum dari creditur, primo, per baptismum Mar. 16:  
 sicut dominus ait: Qui crediderit & baptizatus fu-  
 erit, saluus es. Et Secundo per pœnitentiā, de qua do-  
 minus alibi ait: Pœnitentiam agite, appropinqua Matt. 4:  
 bit enim regnum cælorum &c. Tertio fit per elec-  
 mosynam, iuxta quod dñs alibi ait: Date eleemo- Luc. 12:  
 synam, & ecce omnia munda sunt uobis. Quarto  
 sit per indulgentiam proximorum, de qua domi-  
 nus dicit: Si dimiseritis hominibus peccata eorū, Matt. 6:  
 & pater uester cœlestis dimittet uobis peccata ue-  
 stra. Quinto per correptionem uere charitatis, de  
 qua per Iacobum apostolum dicitur. Qui conuer-  
 tifecerit peccatorē ab errore uiae suę, saluabit ani Iaco. 9:  
 mam eius amorte, & operiet multitudinem pec-  
 catorū. Sexto fit per assumptionē corporis & san-

CCC iii

766 DE ORAT. DOM. SER.

*lib. 5. cap. 1. Paderborn. 1616.*

guinis domini, sicut dominus, cū eiusmodi sacra

Luce. 22. mentum discipulis traderet, ait: Hic calix nouum

testamentum est in meo sanguine, qui pro uobis

2. Co. 11. & pro multis effundetur in remissionē peccato

rum. Hoc facite quotiescumq; feceritis, in meā

Apo. 2. commemorationem. Septimo uero fit per sangu

inis effusionem in martyrio, sicut angeli uoce in

Apocalypsi dicitur: Iusti sunt qui uenerunt ex ma

gna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sangui

ne agni. In eo quod subditur,

Et ne nos inducas in temptationem,

hoc petimus, ne nos permittat incidere in tenta

tionem Quasi enim deus nos in temptationem in

ducere dicitur, quando a temptatione non liberat,

Exod. 4

& 7.

sicut de Pharone dicitur: Ego indurabo cor

Pharaonis, cum nihil aliud sit deo indurare, nisi a

duritia non liberare. Quapropter considerantes

fragilitatē nostram, cordis uocibus supplicemus,

1. Co. 10. ne nos inducat in temptationem, sed iuxta Aposto

li-sententiam, faciat cum temptatione etiā prouen

tū, ut possumus sustinere. Quod uero subdimus,

Sed libera nos a malo,

uel generaliter ab omni quod malum est, nos libe

rari petimus, uel specialiter a diabolo, qui est in

uentor omnium malorum. De quo alibi dominus

Matt. 13. ait: Omnis qui audit uerbum regni, & non intelligit, uenit malus & rapit. Ab huius ergo malitia ne

Mar. 10. quaquam possumus liberari, nisi per eius ad

iutorium, qui ait: Nemo bonus nisi

solus deus, qui est bene

dictus in secula seculi

lorū. Amen.